

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

ANNALES MONASTERII DE OSENEIA.

A.D. 1016—1347.

FROM

MS. COTTON. TIBERIUS A. ix.

---

CHRONICON VULGO DICTUM CHRONICON  
THOMÆ WYKES.

A.D. 1066—1289.

FROM

MS. COTTON. TITUS A. xiv.

VOL. IV.

A +

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## ANNALES MONASTERII DE OSENEIA.

*MS. Cotton. Tiborius A. 9.* Anno ab incarnatione Domini DCI. Augustinus a Gregorio f. 52. Papa in Angliam transmissus Adelbertum regem Cantiā ad A.D. 601. fidem convertit. Aluredus, quem primum omnium regum Anglīe Leo Papa in urba Roma consecraverat, mortuis tribus fratribus suis, cœpit regnare anno ab incarnatione Domini DCCCLXVII. Mission of St. Augustine. Alfred.

*Flor. of Worcester, i. p. 197 (ed. Thorpe). Diceto, coll. 457, 459. Aelred of Rievaulx (Twysden), coll. 362, 372. Flor. Wor. i. p. 167.* Ab isto descendit sextus generatione beatus Eduardus rex et confessor, cujus corpus apud Westmonasterium requiescit. Pater vero ejusdem Sancti Edwardi Adelredus, cujus pater Edgarus, cujus pater Edmundus, cujus pater Edwardus senior, cujus pater Aluredus a Papa Leone consecratus fuit. Nota quod Adegarus rex, pater Adeldredi, de priori conjuge habuit filium Edwardum postea regem et martyrem, quem noverca sua occidit. Qui ex priori conjuge, filia scilicet comitis Thoreti, generavit Edmundum cognomento Ferreum-latus. Ex Emma autem, filia Ricardi primi ducis Normanniā, genuit Aluredum et prænominatum Edwardum. Temporibus prædicti Adelredi, irruentibus Dacis in Angliam et maximam insulā portionem cæde incendioque vastantibus, regina Emma cum filiis suis in Normanniam ad Ricardum secundum fratrem suum scilicet transvecta est. Genealogy of Edward the Confessor.

*Diceto, 466.* Anno ab incarnatione Domini MXVI. Adelredus rex Anglorum ix. kalendas Maii Londoniā defunctus est, post multas vitæ suæ tribulationes, quas super illum venturas, regalis consecrationis die post impositam coronam propheticis spiritu ei prædixerat sanctus Dunstanus: "Quoniam," inquit, "aspirasti ad regnum per mortem fratris tui quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini," etc. Corpus autem illius in ecclesia Sancti Pauli honorifice est sepultum. Post cujus mortem inter Cnutum et Edmundum Ferreum-latus multum super regno Anglīe decertatum est. Tandem divisum est inter A.D. 1016. Death of Ethelred. Prophecy of St. Dunstan.

17651.

A 2

- A.D. 1016. eos regnum; sed Edmundus cito post peremptus est dolo Ead-  
 Death of ricī perfidissimi ducis, veru ferreo in secreta naturæ transfixus <sup>Diceto,</sup>  
 Edmund 466.  
 Ironside. dum in secessu resideret. Cnutus igitur a primatibus regni  
 Cnut sole in regem susceptus, totius Angliæ consecutus est imperium,  
 king. fratribus Edmundi et filiis Edwardo et Edmundo (qui ad  
 Edmund's regem Suevorum missi sunt occidendi; sed inde ad regem  
 sons sent to Hungarorum missi sunt nutriendi; et ibidem Edmundus finivit  
 Hungary. vitam; Edwardus vero Agatham, filiam germani imperatoris  
 Henrici, uxorem accepit, ex qua Margaretam Scotorum reginam  
 et Edgarum suscepit) abjectis et repudiatis.
- Et ne hæres legitimus regnum quod jure sibi debe-  
 Marriage batur aliquando reposceret, Normannica fultus virtute,  
 of Cnut and Emma. Emmam Ædelredi regis relictam duxit in uxorem. Et <sup>Id. 474.</sup>  
 Harold I. genuit ex ea Hardecnutum, quem proceres Angliæ,  
 Hartha- mortuo Haraldo qui post Cnutum regnavit, vocaverunt  
 cnut. de Flandria, ubi cum matre sua morabatur, et eum in regem  
 gaudenter susceperunt. Legitimis vero hæredibus priori-  
 bus, scilicet Adelredi filiis, qui longo tempore in Nor-  
 mannia moram fecerant, inde notis existere, maxime  
 f. 52 b. Godwinus,<sup>1</sup> qui Aluredum fratrem Edwardi ob mater- <sup>Diceto,</sup>  
 num colloquium in Angliam transvectum et socios <sup>472.</sup>  
 suos inaudita crudelitate perimi fecit. Regnante Harde- <sup>Id. 474.</sup>  
 chuto, Edwardus, Edelredi quondam regis Angliæ filius, de  
 Normannia, ubi multis exulaverat annis, venit in Angliam, et  
 a fratre suo Hardechuto susceptus est honorifice, et in curia  
 sua mansit. Defuncto vero Hardechuto anno ab incarnatione  
 Edward Domini MCLVI., prænominatus Edwardus in regem Angliæ  
 the Con- constitutus est die Paschæ, et regnavit viginti fere  
 fessor. annis.
- William Anno ab incarnatione Domini MLI. Willelmus, cujus pater <sup>Id. 476,</sup>  
 duke of erat Robertus frater Ricardi tertii, dux Normannorum, venit <sup>468.</sup>  
 Normandy in Angliam, quem rex Edwardus et socios honorifice suscepit,  
 in Eng- multisque donatum muneribus ad Normanniam remisit.  
 land. Capture of Anno ab incarnatione Domini MLXIII. Haroldus, Godwini <sup>Id. 478.</sup>  
 Harold. comitis filius, tempestate compulsus, venit in Pontivam insulam,  
 quem captum consul Ponticus Guido Willelmo duci Norman-  
 norum reddidit. Haroldus autem juravit Willelmo se filiam<sup>2</sup>  
 His oath to William. ejus ducturum, et Angliam post mortem Edwardi ad ejus

<sup>1</sup> This sentence, partially made up from Diceto or Florence of Worcester. is unfinished and corrupt.

<sup>2</sup> Adeliza.

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## ANNALES DE OSENEIA.

5

Diceto,  
478.

dominium servaturum; sed cum reversus fuisset in Angliam, A.D. 1063. perjurii crimen elegit. Regnum itaque quod nec jure sibi <sup>His seizure</sup> debebatur nec natura, post mortem sanctissimi regis <sup>of the</sup> Edwardi irreverenter usurpans, malum quod Anglis <sup>crown.</sup> secundum ejusdem sancti regis oraculum Dominus præparaverat transgressione pacti et fractione juramenti acceleravit.

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

*Osney, Tib. A. 9. Incipiunt chronica de eventibus ab adventu Norman-  
norum in Angliam anno ab incarnatione Domini  
millesimo lxxv°.*

Death of Edward the Confessor. Harold. William I. Obit Edwardus rex Anglorum et successit dux Haroldus. Diceto, Et cometa apparuit. Et Gwillelmus dux Normannorum cum multa classe veniens devicto rege Haroldo subjugavit sibi Angliam, elevaturque in regem die Natalis Domini, consecratus ab Aldredo archiepiscopo Eboracensi eo quod Cantuariensis archiepiscopus eo tempore a summo Pontifice suspensus haberetur.

A.D. 1066. MLXVI. Walchelinus suscepit episcopatum Wintoniæ. Id. 483.

*Titus A.14.* CHRONICON VULGO DICTUM THOMÆ  
WYKES.

A.D. 1066. f. 1. Invasion of England by William of Normandy. Battle of Stamford Bridge. MLXVI. Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MLXVI. Willelmus dictus le Bastard dux Normanniæ, innumerabili classe parata et exercitu copioso congregato, vendicans sibi jus in regno Angliæ, regnante tunc in Anglia rege Haraldo, applicuit in Angliam in portu qui dicitur Hastings; tempore quo applicuit, rex Haraldus fuit in partibus Eboraci, ubi prælium commisit cum Scotis et Norwegis, in loco qui nunc dicitur Pons belli, qui partes aquilones depopulaverant, de quibus fere omnes in prælio interfecit, reliquos profugavit: sed audito quod dux Normanniæ cum suo exercitu applicuerat, relicta provincia Eboracensi, ocus quasi transvolando provincias, partes adiit meridionales, ut duci applicito prælium vel inferret vel exciperet. Interim autem dux suum post maris naufragia fatigatum irrefragabiliter recreavit exercitum, et ad motus bellicos quos sibi non deesse præciverat, totis viribus præparavit. Rex itaque Haraldus cum paucis sibi occurrit, credens Londoniarum

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## CHRONICON THOMÆ WYKES.

7

copias, prout sibi sponponderant, e vestigio secuturas A.D. 1066.  
et sibi subsidium præstituras; cujus adventu præ- Wykes,  
cognito, dux acies contra regem instruxit, et in loco Titus A. 14.  
ubi nunc constitutum est illud nobile monasterium de Battle of  
Bello, audacter bellum intulit. In primo conflictu Hastings.  
totum pondus prælii conversum est in regem, qui  
coxa<sup>1</sup> prope nates pæne præcisa, letaliter vulneratus  
post modicum tempus interiiit. Comperta regis morte  
dilapsus est ejus exercitus, fere omnibus qui fugere  
non poterant interfectis. Assecuto tam felici triumpho,  
dux cum suis pompatice procedens, primo civitatem  
Wyntonïæ, deinde civitatem Londoniæ brevissimo  
William of Newburgh (ed. Hamilton), i. p. 11. labore, nullo sibi resistente, pessundedit. Et quia Coronation of William by Aldred, Stigand refusing.  
Stigandus tunc Cantuariensis archiepiscopus viro tam  
cruento et alieni juris invasori manus imponere recu-  
savit, ab Aldredo tunc Eboracensi archiepiscopo, assis-  
tentibus cæteris regni pontificibus, et magnatibus regni  
cooperantibus et assensum præbentibus, magnifice  
coronatus, regni diadema suscepit.

Et licet venerabilis Beda, Willelmus de Newburge, The au-  
thor's pre-  
decessors.  
Mathæus de Parys, et plerique prædecessores nostri  
historiographi famosissimi gesta Anglorum sufficienter  
conscripserunt, nihil memorabile relinquentes; tamen f. 1 b.  
propter minores quibus non suppetit copia librorum,  
quid juris Willelmus le Bastard habuit in regnum  
Angliæ, et quam injuriose rex Haraldus regnum occu-  
paverat, ad posterorum memoriam succincto sermone  
transmittere dignum duxi.

Fuit itaque prædictus Haraldus nec de regum What right  
William  
or Harold  
had to the  
crown.  
Anglorum, nec Dacorum qui regnum violenter occu-  
paverant, stirpe generosa secundum carnem progenitus;  
sed filius scelestissimi proditoris Godwini comitis Can-  
tiæ, cujus filiam Eadgitham nomine, beatissimus rex  
et confessor Edwardus de consilio<sup>2</sup> procerum regni sui  
matrimoniali sibi lege copulaverat, quam tamen carnali

<sup>1</sup> *coxa* <sup>1</sup> *torca*, MS.| <sup>2</sup> *consilio*] *concilio*, MS.

**A.D. 1066.** nunquam conjunctione cognovit; virginitatem quoque suam Deo voverat, quam usque ad mortem illibatam conservavit. Prævidens itaque dum adhuc viveret, regnum Angliæ post mortem suam periculis eturbationibus exponendum, nobilissimum ducem Normannorum Willelmum le Bastard hæredem suum constituit, et regni sui successorem, tanquam ex testamento, dum adhuc viveret, assignavit ipsum; et Haraldum uxoris suæ fratrem germanum et alumnum suum, misit ad ducem in Normanniam, ut assignationis supradictæ nuncium sibi deferret; ubi tactis sacrosanctis iurejurando corporali præstito, homagium sibi fecit et fidelitatem; promittens eidem sub debito sacramenti, quod mortuo rege Edwardo, ei sicut regi fideliter adhæreret. Decedente vero sancto rege Edwardo, idem Haraldus iuramenti prædicti, quod præstiterat, prævaricator effectus, regnum nequiter occupavit, et auctoritate propria in regem se fecit coronari; unde statutum est, ut dux ipse frequenter eum moneret ut regnum, cui injuste incubuit, sibi restitueret; alioquin fortuita belli discrimina sciret sibi minime defutura. Hac ratione dux ipse motus, regem ipsum, ut puta proditorem, invadere non formidabat, et contra perjurum prælium non instruere duxit inglorium; erat enim miles strenuissimus, miræ probitatis et audaciæ, et bellator robustissimus, cognatus sanctissimi regis Edwardi, et hæres quasi ex testamento, sicut præactum est, legitime designatus; natus ex nobilissima muliere Matilde, quæ fuit filia strenuissimi militis Richardi dicti Sanzpeur, filii Willelmi Lungespeye, filii Rolandi, qui fuit primus dux Normannorum. Idem dux Willelmus, ut præactum est, interfecto Haraldo, in regno quod militariter adquisierat, tantis<sup>1</sup> successibus animatus, et proficiens de die in diem, faventes sibi muneribus et amore pellexit, resistentes quoque viribus pariter et

f. 2.

<sup>1</sup> *tantis*] sanctis, MS.



Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## CHRONICON THOMÆ WYKES.

9

- Diceto, 482. MLXVII. Duo Papæ facti sunt; episcopus Parmensis qui expulsus est, et episcopus de Leuca qui remansit. A.D. 1067. *Osney Titus A. 9.*
- F. W. ii. p. 2. Ducissa Matildis Angliam venit, quam Aldredus reginam consecravit die Pentecostes. Cadalous. Alexander II.
- Id. ii. pp. 3, 4. MLXVIII. Dani vel Norregani in Angliam venientes apud Eboracum tria milia Normannorum interfecerunt. II. Invasion of the Danes.
- MLXIX. Aldredus archiepiscopus obiit; et fames valida per Angliam facta est. Death of archbishop Aldred.
- Id. ii. p. 5. MLXX. Concilium Wintoniense celebratum est, in quo Stigandus Cantuariensis archiepiscopus degradatur, et frater ejus Eastanglorum<sup>1</sup> episcopus et abbates multi sine causa. Degradation of Stigand.
- MLXXI. Lanfrancus archiepiscopus Cantuariensis et Thomas Eboracensis consecrantur. Eodem anno ædificatum est castellum Oxenefordense a Roberto de Oilly primo. Consecration of Lanfranc and Thomas.
- Id. ii. p. 9. MLXXII. Rex Willelmus Scotiam sibi subjugavit. Oxford castle.

- timore perdomuit.<sup>2</sup> Anno quo applicuit in Anglia cometa apparuit. A.D. 1067. *Wykes, Titus A. 14.*
- Abridged from Florence of Worcester, i. p. 228, (ed. Thorpe). Id. ii. p. 3. MLXVII. Willelmus le Bastard, interfecto [ut] prædictum est, rege Haraldo, strenua potitus victoria, fortuna sibi gratius arridente, in festo Nativitatis Dominicæ coronatus est apud Westmonasterium ab<sup>3</sup> Aldredo tunc Eboracensi archiepiscopo, ut superius tactum est. William crowned at Westminster.
- MLXVIII. Dacorum et Norwegiorum innumerabilis exercitus applicuit in Anglia in plaga aquilonari, ut invaderent Normannos, et vendicarent jus antiquum quod habere se dicebant in regno Angliæ; quibus occurrerunt Normanni numero et viribus impares, et inierunt Daci prælium cum Normannis in partibus Eboraci, et de exercitu Normannorum tria milia interfecerunt. Invasion of the Danes and Norwegians.
- MLXIX. Obit Aldredus Eboracensis archiepiscopus. Defectus frugum et fames valida in Anglia. Death of archbishop Aldred.
- MLXX. Celebratum est concilium Wyntoniense, in quo Stigandus Cantuariensis archiepiscopus degradatus est. Stigand degraded.
- MLXXI. Consecrati sunt Lanfrancus Cantuariensis, et Thomas Eboracensis archiepiscopi. Abps. Lanfranc and Thomas.
- MLXXII. Rex Willelmus invadens regem Scotiæ, regem et regnum Scotiæ sibi subjugavit. Submission of Malcolm III.

<sup>1</sup> Ethelmar, bishop of Elmham. | <sup>3</sup> *ab*] ob, MS.<sup>2</sup> *perdomuit*] *pdormito*, MS. |

Cambridge University Press

978-1-108-04314-4 - Annales Monastici: Volume 4: Annales Monasterii de Oseneia (A.D. 1016-1347)

Chronicon Vulgo Dictum Chronicon Thomae Wykes (A.D. 1066-1289) Annales Prioratus de Wigornia (A.D. 1-1377)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 1063. MLXXXIII. Rex Willelmus bastard<sup>1</sup> Cenomannicam civitatem Diceto, maxime Anglorum adiutorio sibi subjugavit. 486.  
*Osney, Tib. A. 9.* MLXXXIV. Hildebrandus qui et Gregorius Papa. Editha regina F. W. ii. p. f. 53.  
 S. George's church in Oxford castle. regis Edwardi uxor obiit. Fundata est ecclesia Sancti Georgii in castello Oxenfordensi a Roberto de Oyly primo et Rogero de Iveri.
- MLXXXV. Walteophus comes jussu W[illelmi] regis occiditur. Id. p. 12.  
 MLXXXVI. Nihil memoriale accidit.
- Death of Hermann, bishop of Sherborne. MLXXXVII. Hermannus Siresburnensis episcopus obiit, cui successit Osmundus. Hic sedem episcopalem de Siresburne Salesburiam transtulit.
- MLXXXVIII. Robertus filius W[illelmi] regis Normanniam vastat.
- MLXXXIX. Rex Scotorum Malcolmus Northymbriam vastat. Id. p. 13.
- Murder of bishop Walcher. MLXXX. Walcherus Dunhelmensis episcopus occiditur, cui successit Willelmus.
- MLXXXI. Henricus imperator Romam fregit, et Wibertum in Diceto, sede apostolica constituit. 487.
- 
- A.D. 1073. MLXXXIII. Rex Willelmus civitatem Cenomanniam sibi rebelantem, militariter adquisivit.  
*Wykes, Titus A. 14.* MLXXXIV. Hildebrandus electus est in Papam. Fundata est ecclesia Sancti Georgii in castro Oxoniæ.
- Le Mans taken. Gregory VII. MLXXXVI. Factus est terræmotus in Anglia decimo kal. Maii.
- St. George's, Oxford, founded. MLXXXVII. Obiit Hermannus episcopus Schireburnensis, qui primus transtulit sedem episcopalem Schyreburnensem in castrum veteris Saresberiae.
- Earthquake. Death of Herman f. 2 b. MLXXXVIII. Robertus Curtehorse primogenitus regis Willelmi Flor. Worc. le Bastard, quem in ducatu Normanniæ progenuerat, prius- ii. p. 12. quam regnum Angliæ adquisisset, miles strenuissimus et bellator ferocissimus, patre tunc in Anglia commorante, confidens in potentia virtutis suæ, genitori suo factus indevotus, cœpit turbare Normanniam, castra, civitates, et oppida ducatus suo subjugare dominio, gratiam et dilectionem paternam sibi penitus eximendo.
- bishop of Sherborne. Rebellion of Robert Curthose against his father. Malcolm III. MLXXXIX. Malcolmus rex Scottorum depopulavit et vastavit totam Northumberland.
- The anti-pope set up by Henry IV. MLXXXI. Henricus imperator vi Romam ingressus est, et Diceto, Wibertum in sede Apostolica collocavit, et vocatus est Gregorius. 487.

<sup>1</sup> *bastard*] This word is inserted above the line in another ink.